

17⁶
Sanctissimi D. nostri Domini Clemen^{ti}
diuinā providentiā Papæ XI. Litteræ Apostolicæ,
in forma brevis ad archiepiscopos et episcopos
Regni Galliarum datæ die xx novembris 1716:
Romæ. 1.

Typis reuerendæ cameræ apostolicæ
Venerabilibus fratribus archiepiscopis et Episcopis
Regni Galliarum.

Clemens Papa XI.

Venerabiles fratres, salutem, et apostolicam benedictionem^{ch}.
lectius jam annus preteritū, ex quo nos pastoralis,
non minus muneri nostro debito admoniti, quam
Cæbris variorum catholicæ orbis antistitum, præsertim
vero ex fraternitatibus vestris consilium precibus
excitati, quin etiam piis ac sæpius repetitis clarissimæ
memoriæ Ludouici XIII., dum vixit, Francorum Regis
Christianissimi, votis, et officiis adducti, diuino imprimis
Præsidio lampruatis quam publicis obsecrationibus
Impulso, curaque omni, studio, ac labore, prom rei
grauitas exposcebat diutissimè collatis, apostolicam
Constitutionem, quæ incipit, Unigenitus Dei filius,
aduersus librum gallico idiomate jam pridem editum,
Subtitulo, Le Nouveau Testament en François avec des
Reflexions morales sur chaque verset, abrégé
de la morale de l'euangile, des actes des apôtres, des
Epistres de saint Paul, et des Epistres canoniques et
de l'apocalypse. ou pensées Chrétiennes sur le texte
des liures de S. promulgauimus, in hac porro constitutione

neprauius hic liber, longe antea a nobis damnatus
ementitæ Pietatis specie fidelium simplicitati
Posset amplius illudere, quippe qui singula noui
Testamenti loca perlustrans, ubique prope modum
in hoc ipso diuinæ veritatis agro peruersas opiniones
erroresque dispergit, excerptos sigillatim ex eorum
Tam Rex quam Antistites Supradicti enixe a nobis
postulauerunt, noxios quosdam articulos (quos magno
quidem numero, non tamen omnes, nec in immensum
Exereserei produximus) censuris variis quas respectiue,
et aiunt, hoc est, singuli eorum saltem aliquam
priorebantur, inustos, resitato hujus Sanctæ Sedis
more, proscripsimus, et ita vel ex ipsa errorum
Colluuiæ in poropatulo positæ agnoscerem omnes,
quanto demum veneno ejusmodi liber, tametsi
dulcibus subdolè illitus fucis, non modò conspersus
sed planè infectus esset, nec quisquam deinceps, quod
frustra alias tentatum fuerat, eundem satis
Emendatum fidelium manibus obtudere se posse
Confideret, hanc siquidem etiam esse sedandarum
isthæ turbarum rationem, nullumque aliud ad
obstruendum os loquentium iniqua, ac magis magis
que christianos populos erudiendos, validius excogitari
Posse remedium, tum eidem antistites, tum memoratus
Rex identidem affirmauerunt: nec sanè exigua
optatæ pacis spes affulserat, eum, et beneuolentiæ
Singulari ejusdem Regis beneuolentiæ nec non
multorum vestri ordinis premium, qui Parisiis

Tunc ad gram deinde etiam reliquorum, paucissimis
duntaxat exceptis, obsequio, bonorum omnium gaudio
constitutio præfacta excepta fuerit. Quid enim, ut
eos omnes probe agnouisse non dubitamus, uniuersã
hãc in re egimus, venerabiles Fratres, quid tot tantis-
que laboribus, vigiliis ac studiis curauimus, aut
intendimus nisi, ut grauissimos errores, qui dare
in ruinam poterant plurimas christi oves, nobiscum
Reliquis omnibus, quotquot in modo mundo sum
(diuinitus creditas, radicibus conuelleremus? quid aliud
re ipsã præstitimus, nisi ut perpetuis Romanorum
Pontificum prædecessorum nostrorum exemplis
insisteremus, et qua illi ratione in primis ad majores
vostros, inclutos illos Ecclesiarum gallicanarum
prædules frequentibus apostolicæ sedis decretis
atque re scriptis, ex eadem et nos beati Petri Cathedra
traderemus, edoceremus, atque uniuersis christi
fidelibus fidentissimè prædicaremus doctrinam
Catholicam, quam Sancta Romana Ecclesia,
omnium Ecclesiarum mater et magistra, semper
tenuit, edocuit, atque integram adhuc intemera-
tamque custodit: verum his omnibus adduci minime
Potuerunt nouatores, hoc est, perpetui Ecclesiæ
Publicæ tranquillitatis perturbatores, ut audaciam
frangerent suam, et decretisque nostris acquiescerent,
cum enim caligantibus oculis apertissimæ veritatis
Lucem ferre non possem, nihil profectò intentatum
reliquerunt quo eidem apostolicæ constitutioni

Tenebras, imò, et venenum offunderem, primum veriti
inauditâ ac solane furiosa temeritate aduersus
Illam irruere scriptisque ac libellis innumeris
in vulgus dispersis debitam obedientiam impuden-
tissimè delectare; quo sane facto tanquam multa febre
Phrenetici insipientes in medicum, Comagus
vniuerso christiano orbi demonstrauerunt quanta
vere esset mali grauitas, adeoque et remedii a nobis
praestiti Summa necessitas, quod sine tanto aegrotan-
tium, ac morbi ac delirantium frenitu, dolore et
ejulatu adhiberi non potui. in tanta, porro rerum
perurbatione grauissimo, quem inde suscipimus,
dolori solatium attulit maximum, eximia pietas
et vigilantia pastoralis, supra centum ex vobis
preclarissimorum antistitum, qui solliciti seruare
unitatem spiritus in vinculo pacis, atque apostolicæ
Sedi, vnde vobis, propitio Christo, Religionis
fons et origo manauit, indissolubili nexu obstructi,
sanam, et orthodoxam doctrinam in eadem nostra
constitutione luculenter expressam debitâ submissione
anplexi fuerunt, non immemores, quod Beatus Petrus
qui in propria sede viuit adhuc, et praesidet, in
accepta fortitudine Petrae perseuerans, suscepta
ecclesiae gubernacula non reliquit, praestat quo-
querentibus fidei veritatem; et quidem per haec
Episcopalis, virtutis officia, omnis obmutescere
iniquitas, et fraterna vestra concordia veluti,
Castrorum acies ordinata, terribilis esse eis qui

ex aduerso sum, nisi ex vobis pauci non satis attendentes
quàm bonum, et quàm iucundum sit habitare fratres
in unum, in aliorum sollicitudinis consortium Venire
se sequē constitutioni nostrae submittere adhuc
differem: haec enim, tametsi pauciorum, cunctatione,
ceterorum, tametsi plurimorum, labor eluditur, dum
iniquitatis filii illorum licet pauciorum, auctoritate
dignitate, ac omnibus freti, secum eos sentire
taetant audacissimè, atque omnia sibi licere
tamputant, hinc perniciosos errores in sciuntur Simpli-
ciorum animi, praeposteras nouitates inducuntur, odia
disseminantur, sacerorum, praepositorum, contemptus
populis inspirantur, bonorum nomen calumniis et
conuiciis discerpitur, ac ipsa met vera et catholica
Religio, grauissimum indiserimen adducitur, quorum
sane et similia vos de proximo testes estis, eademque
Plures ex vobis quò minus sacerdotalis constantiā
improbarem, et redarguerem, nullis difficultatibus
retardari potuerim; hinc pariter animos audaciam-
que sumpserim degeneres illi celebri facultatis
Theologiae Parisiensis alumni, qui numero duntaxat
et arrogantia inualescentes, quasi eos iudex
apostolicis paruisse mandatis, sibi que fas esse
constitutionem nostram arbitrati suo admittere
vel rejicere, ^{ad ea que} vobis nimium nota sum, deuenerim,
quibus à veteri suicitus in hanc sanctam sedem
obsequio ^{per} ~~separatus~~ defecisse aperte monstrarum:
hinc aliorum ex eodem caetu doctorum qui accepto
a suis maioribus more obsequii huius modi constanti

deuotione tenaces esse uoluerunt injuriarum et vexationes
innumerarum; hinc rerum hujusdem facultatis nomine
super gestarum tanta confusio, et turpis et inconstantia
hinc rectae sanaeque sententiae repudiatae, hinc
falsorum damnatorumque dogmatum assertiones
laudatae, hinc denique turbulentorum hominum
intolerabilis procacitas, qui sua conditionis obliuisci
Leuantes se super se, conatu ne facio, et ecclesiasticae
hierarchye proprius exiliati, contra ipsos ecclesiarum
antistites insurgere, et sacrosanctam uestram
dignitatem exagitare, ac prope modum violare
presumpserunt, non alia profecto ratione, nisi
quia uestrum aliqui quos satis laudare non possumus
probe ac sapienter rati fidei puritatem in periculum
adductum iri, si venerabilis clerus a quo in reliquos
Christi fideles doctrina manare debet illam modo
e turbidis ejusmodi magistrorum fontibus hauriret
ne suarum diocesium Clerici ad eos accederent.
Prouidè interdixerunt: ad quam sanè temeritatem
coercendam uehementer, ut pau eras, exarsimus;
atque animo nobiscum reputantes vindices nos,
et assertores nostrae aequè ac uestrae dignitatis
esse a Domino constitutos, non modò huic sanctae
Sedi, imò et uniuersae ecclesiae ab hominibus
praedictis illatas injurias uelisse debere
cognouimus, sed et opprobria, exprobantium
uobis ~~cedis~~ cecidisse super nos existimauimus
eaeque propterea decreuimus quae indatis hanc

dece nostris in simili formâ brevis videre poteritis —
non dubitantes, quin ea vobis satis grata accedam
atque honorifica: quoniam verò parvi refer mala
germina recidere, nisi radicitas euellantur, ut lo-
malorum formam ~~extinguere~~ extinguere satagerem —
mus dissidentes jam dudum ex vobis episcopos ad optatam
cū fratribus concordiam reuocare atque debitam
constitutioni nostræ obedientiam allicere omnibus
huc usque lenitatis ac patientiæ officiis, cæterisque;
quotquot Christiana et Pontificia Charitas suggerere
argumentis sedulo studuimus, sed illis adhuc ~~per~~
pacificâ hac consilia respuentibus, imposita nobis
apostolici ministerii necessitate cogente, ita jam
agere constituimus, ut quos hætenus charitate
emollice non potuimus, hos traditâ nobis a
Domino potestate perditis illius remedia excitemus
cum tamen valde æquum nobis visum fuerit,
deliberationem hanc nostram cum omnibus, qui in
hâc almâ urbe sunt, venerabilibus fratribus
nostris. S. R. E. Cardinalibus communicare, ut in
tanti momenti negotio eorum omnium consiliis
uteremur, eisdem rogati, suam nobis sententiam aperire,
omnes quidem propositum nostrum ut pote integrâ
undequaque iustitiâ subnixum, agnouerunt: illorum
tamen complures optare sedixerunt, et impense
deprecati sum, ut priusquam susceptum consilium
exequeremur, breues adhuc inducias concederemus
quibus interim Sacrum eorumdem cardinalium

Collegium communes litteras, consilio, suasionibus,
precibus, omnique officiorum genere plenas ad
amplissimi sui coetus spectabilem membrum dare
posset, usque luctari contenderet fratrem suum
quo scilicet praecunte, merito sperandum esse
alios quoque illi adherentes episcopos eadem viam
esse inlituros. quare Nos, tanti apud nos ponderis
precationibus sinceram charitatem fraternitatis
expressit tum pro ipsorum deprecantium dignitate
ac merito, tum pro rei qua praetebatur, aequitate,
annuendum esse existimauimus, ea praesertim.
Sperdueti ut qui alias non minus pietatis ex prudentiae
quam filialis in nos et hanc sanctam sedem
observantiae luculentae, praebuit argumenta, eadem
hunc diutius a nobis desiderari minimè sit passurus.
Ceterum ne Paternae Charitatis et sollicitudini
nostrae per has ipsas inducias reliquum quidquam
faciamus neque enim nisi inuiti, et in multa
animae nostrae amaritudine canonica ^{crio} districtis
gladio manus admouebimus, vos venerabiles
fratres quovis scilicet constitutionem nostram
amplexi fuistis ultro requiremus ac in Domino
rogamus, et obtestamur ut fraterni amoris stimulis
incitati, quod jam aliqui saepius fecistis, iterum
faciatis, hoc ex dissidentibus collegas vestros nostro
etiam nomine conueniatis, atque omnibus eos
sacerdotalis zeli et benevolentiae argumentis
officiisque ad nostras potius quam alienorum voces

5

voces audiendas excitare atque irgere non desistatis. —
proinde eis ob oculos quam foeda sit hujusce dissidii
Species, quantum inde ecclesiae malorum discrimen
immineat, quantum bonis dolor, improbis letitia
proveniat, heterodoxi vero quam audacter vocibus
Libellisque sibi hactenus gratulentur, ac triumphem:
facile si quidem illorum quisquis persuasum habuit
unum corpus, si separetur in partes, ad omnes patere
Lacerationis injurias, et ex se pestem pati internam,
quando secum compago ipsa confligit. exponitae
Illis quam altas interim damnati errores radices
figant, quam grauis apostolicae sedi irrogetur injuria,
cujus sententia, adhuc, ductus in ambiguum, quam
Latadumum lugendo schismati aperiatur via, quo
inconsutibilis christi tunica in gallicana ecclesia
Scindatur. ostendite eis quod Varietatem veritas (quae
est simplex atque una) non recipit, et abjectis dissen-
sionibus, eandem quoque pacis, et unitatis sum, sincera
charitate amplectantur; vobisque hortantibus
intelligent supervacaneam sese operam dare
novis fidei suae formulis compingendis, quibus
adstruam se bene, riteque dereligionis sentire:
quid quid enim in constitutione nostras definitum est
si iisdem aut paribus verbis complecti velint, frustra
novas eandem credendi formulas, si diuersis,
Suspicionem mouebunt, nec umquam se satis recte
loqui ac recte credere comprobabunt, eosdem denique
Potissimum admonete, ne ~~clatam~~ vanam erga nos

obseruantiam sibi frustra blandiantur, dum a nobis
postulam novas et praeuias constitutionis nostrae
declarationes cui debitam interim ~~obedi~~ obedientiam
debetam deferre: si uerè itaque ueritatem
diligunt, si pacem quaerunt, si humilitatem sectantur
si charitate mouentur, illa segerant, ut cedat curiositas
fidei, cedat gloria salutis, quae enim patefacta sunt
querere, ac de iis quae definita sunt tractatum inire,
quid aliud est, quam de adeptis gratiam non referre
referre, et ad interdicta, arboris eibum improbos
appetitus mortifera cupiditatis extendere. illis
propterea saepe alias, ac modo rursus denunciamus
uicem contumaciae loco a nobis haberi, hanc eorum
agendi rationem, quae sane si episcopis singulis
per uniuersam ecclesiam imprudenter liceret dogmaticis
huius sanctae sedis constitutionibus subiectionem
protrahere, liceret autem, si hoc ipsum praedictis
dissidentibus coepiscopis uentris permitteretur
nemo non uidet quomodo tandem ecclesiae unitas
esse dilapsura.

Postremo uenire uos uehementer optamus
arque in Domino hortamur et obsecramus, in
alteram nostrae sollicitudinis partem quae iteratis
ac fere assiduis postulatis apud dilectissimum
in Christo filium nostrum philippum ducem
aurelianensem, istius Regni Rectorem tum
Romae per dilectum filium nostrum iosephum
S. R. L. Cardinalem de la Breuille, tum Parisiis

Per venerabilem fratrem Cornelium archiepiscopum
 Carthaginensem, nuncium illic nostrum, instare
 hactenus, non destitimus, ut qui inter ceteras regionum
 ponderum curas, conservanda quoque sacerdotali
 Charitati rectitudine studii spiritualis in vigilat pie
 veraeque considerans pacem Reipublicae ex
 Ecclesiae pace pendere, pro singulari, quo flagrat
 Religionis, ardore, ac stabilendae concordiae
 desiderio, suam nobis hae in re ferat operam, ac
 pro fligando hisce Turbis, per movendisque penitentium
 animis se nobiscum consociet, vestram itaque operam
 in hoc pariter advocamus quo preces suasiones,
 obsecrationes, atque omnis generis officia apud eum
 dñm principem impendat, demissaque, adhibeatis
 ut prius quam exitiale hoc bellum intra ecclesiam
 vehementius conualescat, redintegranda unitatis
 Copiam, deo auxiliante, concedat, sciens regni istius
 felicitati profuturum, quidquid catholicae paci benigna
 ipsius, fuerit dispensatione collatum: nec sane dubitamus
 quin pro eximia, quae potest, prudentiam videat quorsum
 tandem evasura, sit, haec non jam opinione, dissensio
 sed in rebus fidei sententiarum pertinax pugna, quae
 tamquam indidit crimen adductura sit in hanc ecclesiam et
 Reipublicae tranquillitatem, nisi quanto citius extinguatur,
 praesertim cum ipsa latere nequeat bonos omnes
 summopere vereri, nedum apud presbyteris ordo vester
 tam impudenter contemnitur, ac improborum artibus cultus
 et veneratio christi fidelium erga beati Petri Cathedram
 adeo indies imminuitur, haereticae tunc, quae alias e galliis
 feliciter ejecta, novissime defunctus Rex christianissimi
 mus parlatam sibi, tot aliis nominibus gloriam nunquam

Cae
Wieg
folio
02
144
.A1
V.3
no. 72

THE NEWBERRY LIBRARY

interitura laude cumulavit, veluti fractis aggeribus in
florentissimum istud regnum ilexum irrumpat, ac
diuina, et humana omnia pertuber, ac misceat; Inducto
ergo vos, venerabiles fratres, armaturam zeli et tanquam
deo exhortante per nos strenue in unitate spiritus commu-
nem nostram imò veriùs dei causam agamus: neque
enim fas est in tanto dominici gregis discrimine silere
pastores. cum vero sufficientiam nostram exdes esse
probe agnoscamus, effundamus, primum coram illo
corda nostra, fugibus lacrimis, et precationibus, clamante
et respiciente de caelo, et visitante vineas istas, super senuna-
ta inibi dissidiorum zizania penitus evellat, deique voci
vestrae vocem virtutis, renitentes autem fratres spiritus
sui dulcedine perfusus ad concordiam flectat, atque ad
obedientiam adducat in laudem gloriae gratiae suae,
et omni denique contentione et amulatione submotâ
id ipsum dicamus omnes, nec ulla sim sensuum
disputationumque certamina, sed uno ore honorificemus
deum, a quo gratiae vobis copias, et gaudii spiritualis
assidua implorantes charismata, fraternitatibus vestris
intimo Paterni nostri cordis affectu apostolicam benedic-
tionem impertimus, volumus, autem ut praesentium
litterarum transumptis seu exemplis, etiam impressis
manu notarii publici subscriptis, et sigillo personae in
ecclesiasticâ dignitate constitutae munitis, eadem
proorsus fides adhibeatur quae ipsis originalibus litteris
adhiberetur, si forent exhibitae vel ostensa. datum Romae
ad sanctum Mariam majorem sub amulo Piscatoris
die xx novembris 1716. Pontificatus nostri anno xvi. /.

Io Christophorus archiepiscopus amasenus.